



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Circumstantiæ cur

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

In commu-
nicas in pec-
cato absque
Confessione.

peccato mortali sine pravia Confessione, quamvis probabiliter videatur committere duo peccata, unum impoenitentiae, contra praeceptum confitendi ante Communionem, & aliud sacrilegii, contra dignam susceptionem Eucharistiae; probabilius tamen est committere tantum unum contra dignam susceptionem Sacramenti: Nam praeceptum Confessionis praviae ordinatur in hunc finem; & ubi unum est propter aliud, ibi est tantum unum. Ita Fay, in *Addit. ad 3. part. quast. 4. artic. 3. disp. un. c. nel.* Ibid. initio. & part. 2. tr. 14. ref. 24. §. Nota etiam. Ob eandem rationem, Sacerdos indignè celebrans non committit tria peccata, indignè consecrando, offerendo, & communicando: quia oblatio, & consecratio sunt propter Communionem. Ita Azorius part. 1. lib. 10. cap. 31. qu. 11. part. 2. tr. 14. ref. 24.

Item Sacer-
dos, qui in
digne offert.
Consecrat.
Et commu-
nicat.

Vel celebrat
cum peccato
mortali, &
excommu-
nicatione
annexa.

91. Item Sacerdos, celebrans cum excommunicatione majori, non committit duo peccata scilicet ratione peccati mortalis, & censuræ; quia utrumque prohibet Communionem incuit ejusdem virtutis, pimum Religionis Religionem enim respicit lex divina, dum prohibet communicare in peccato, & Religionem Ecclesiasticam, dum prohibet communicare cum excommunicatione. Itaque non oportet utrumque in Confessione aperire. Ita Vasquez in 3. par. tom. 2. disp. 106. cap. 1. numer. 6. contra Mofesum tom. 1. tr. 3. cap. 8. n. 88. part. 2. tract. 14. resolutione 22. & p. 5. r. 13. ref. 62.

Ex tentatio-
ne cuius non
obstat cum
armis ora-
tionis.

92. Qui vexatur magna, & notabili tentatione carnis, tenetur orare, & Dei auxilium petere. At si succumbit, non peccat dupliciter, nec tenetur explicare circumstantiam orationis omisissæ. Vide V. Orare, n. 3.

CIRCUMSTANTIA

Cur.

Qui furatur
ob fornicationem,
est

93. Circumstantia finis mali, habentis diversam malitiam ab objecto actus, explicari debet in confes-

sione, quia addit actui novam malitiam. Itaque qui furatur propter fornicandum; non solum tenetur confiteri furum, sed etiam circumstantiam pravi finis. Ceterum non oportet, quod circumstantia finis explicetur ut finis, sed explicari potest ut distinctum peccatum; unde in calu proposito sufficit dicere: *Furatus sum, & mox: Habui intentionem fornicandi*, absque eo, quod explicetur ordo unius ad aliud. Quia in tali ordine non est maior malitia, quam sit in furto, & fornicatione scorsim. Ita Angelus v. Interrogatio, §. 6. contra Sylvestrum 2. Confessio. 1. quast. 10. parte 1. tractat. 7. resolutione 23. Adde cum Coninch de Sacram. disput. 7. dub. 4. num. 24. quod si finis continet malitiam solum venialem, non est necessario aperienda, ut si quis confiteretur propter inanem gloriam, &c. Ibid. §. Nota etiam est.

fur, & for-
nicarius
Et ideo utrius-
que confiteri
tenetur.

Sed non cum
ordine inter-
se.
Circumstan-
tia finis veni-
aliter malis non est ne-
cessario a-
perienda.

94. Quod si finis nullam habet malitiam, præter malitiam objecti, nullo pacto est explicandus. Et sic qui omittet Sacrum propter studium, satisfaceret dicendo: *Omissum Sacrum*: Quia studium non habet aliam malitiam ab ipsa omissione. Ita Vasquez in parte 2. disput. 93. cap. 3. contra Zumel in parte 2. quast. 71. art. 5. disputatione 4. Ibid. §. Nota secundo, & ref. 62.

Et multo
minus, si nul-
lam habet
malitiam.

CIRCUMSTANTIA

Quomodo.

95. Modus explicandus est in Confessione, quando continet peculiarem malitiam, & deformitatem. Unde non est explicandus modus in copula, puta, si stando, sedendo, &c. quis fornicasset, quia hic modus est accidentalis, & non addit novam malitiam, dum servatur vas legitimum, & abest periculum seminis effundendi. Quod etiam dicemus de conjugatis. v. Copula.

Modus item
peccandi non
est explican-
dus si non
addit mali-
tiam.
Et sic in co-
pula non
oportet ex-
plicare an
sedendo,
stando &c.
Neque si ad-
hibeantur
modi nimis
rudes, & ex-
traordinarii

97. Rursus non tenetur fornicarius explicare, si in fornicando utatur modis nimis, & extraordinariè impudicis, nisi specimen mutet, ut si ver, gr. inciperet actum